

Text des „Te Deum“:

Latein

Deutsch

(Quelle: wikipedia)

Te [Deum](#) laudamus. Te [Dominum](#) confitemur.
Te aeternum patrem omnis terra veneratur.
Tibi omnes [Angeli](#), tibi caeli et universae potestates:
Tibi [cherubim](#) et [seraphim](#) incessabili voce proclamant:

[Sanctus](#):

Sanctus:

Sanctus Dominus Deus [Sabaoth](#).

Pleni sunt caeli et terra maiestatis gloriae tuae.

Te gloriosus [Apostolorum](#) chorus:

Te [prophetarum](#) laudabilis numerus:

Te [martyrum](#) candidatus laudat exercitus.

Te per orbem terrarum sancta confitetur [Ecclesia](#):

[Patrem](#) immensae maiestatis:

Venerandum tuum verum, et unicum [Filium](#):

Sanctum quoque [Paraclitum](#) Spiritum.

Tu Rex gloriae, [Christe](#).

Tu Patris sempiternus es Filius.

Tu ad liberandum suscepturus hominem, non horruisti
[Virginis](#) uterum.

Tu devicto mortis aculeo, aperuisti credentibus regna
caelorum.

Tu ad dexteram Dei sedes, in gloria Patris.

Iudex crederis esse venturus.

Te ergo quaesumus, tuis famulis subveni, quos pretioso
sanguine redemisti.

Aeterna fac cum sanctis tuis in gloria numerari.^[4]

Salvum fac populum tuum Domine, et benedic haereditati
tuae.

Et rege eos, et extolle illos usque in aeternum.

Per singulos dies, benedicimus te.

Et laudamus nomen tuum in saeculum, et in saeculum
saeculi.

Dignare Domine, die isto sine peccato nos custodire.

Miserere nostri, Domine, miserere nostri.

Fiat misericordia tua Domine, super nos, quemadmodum
speravimus in te.

In te, Domine, speravi: non confundar in aeternum.

Dich, Gott, loben wir, dich, Herr, preisen wir.
Dir, dem ewigen Vater, huldigt das Erdenrund.
Dir rufen die Engel alle, dir Himmel und Mächte insgesamt,
die [Kerubim](#) dir und die [Serafim](#) mit niemals endender
Stimme zu:

Heilig,

heilig,

heilig der Herr, der Gott der Scharen!

Voll sind Himmel und Erde von deiner hohen Herrlichkeit.

(2. Die Kirche preist den dreifaltigen Gott)

Dich preist der glorreiche Chor der [Apostel](#);

dich der [Propheten](#) lobwürdige Zahl;

dich der [Märtyrer](#) leuchtendes Heer;

dich preist über das Erdenrund die heilige Kirche;

dich, den Vater unermeßbarer Majestät;

deinen wahren und einzigen Sohn;

und den Heiligen Fürsprecher Geist.

(3. Lobpreis Jesu Christi)

Du König der Herrlichkeit, Christus.

Du bist des Vaters allewiger Sohn.

Du hast der Jungfrau Schoß nicht verschmäht, bist Mensch
geworden, den Menschen zu befreien.

Du hast bezwungen des Todes Stachel und denen, die glauben, die
Reiche der Himmel aufgetan.

Du sitztest zur Rechten Gottes in deines Vaters Herrlichkeit.

Als Richter, so glauben wir, kehrst du einst wieder.

Dich bitten wir denn, komm deinen Dienern zu Hilfe, die du erlöst
mit kostbarem Blut.

In der ewigen Herrlichkeit zähle uns deinen Heiligen zu.

(4. Bitten)

Rette dein Volk, o Herr, und segne dein Erbe;

und führe sie und erhebe sie bis in Ewigkeit.

An jedem Tag benedeien wir dich

und loben in Ewigkeit deinen Namen, ja, in der ewigen Ewigkeit.

In Gnaden wollest du, Herr, an diesem Tag uns ohne Schuld

bewahren.

Erbarme dich unser, o Herr, erbarme dich unser.

Laß über uns dein Erbarmen geschehn, wie wir gehofft auf dich.

Auf dich, o Herr, habe ich meine Hoffnung gesetzt. In Ewigkeit
werde ich nicht zuschanden.

Deutsch

Text des Benedictus:

Latein

Lk 1.68-79

Lc 1.68-79

Benedictus Dominus Deus Israel,
quia visitavit, et fecit redemptionem plebis suae:

Et erexit cornu salutis nobis
in domo David pueri sui.

Sicut locutus est per os sanctorum,
qui a saeculo sunt, prophetarum eius:

Salutem ex inimicis nostris,
et de manu omnium qui oderunt nos

Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris:
et memorari testamenti sui sancti:

Iusiurandum, quod iuravit ad Abraham patrem nostrum,
datum se nobis;

Ut sine timore, de manu inimicorum nostrorum liberati,
serviamus illi.

In sanctitate et iustitia coram ipso,
omnibus diebus nostris.

Et tu puer, propheta Altissimi vocaberis:
praeibis enim ante faciem Domini parare vias eius:

Ad dandam scientiam salutis plebi eius:
in remissionem peccatorum eorum:

Per viscera misericordiae Dei nostri:
in quibus visitabit nos, oriens ex alto:

Illuminare his qui in tenebris et in umbra mortis sedent:
ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.

Gloria Patri et Filio
et Spiritui Sancto,

sicut erat in principio et nunc et semper
et in saecula saeculorum. Amen.

Gepriesen sei der Herr, der Gott Israels!

Denn er hat sein Volk besucht und ihm Erlösung geschaffen;

Er hat uns einen starken Retter erweckt
im Hause seines Knechtes David.

So hat er verheißen von alters her
durch den Mund seiner heiligen Propheten.

Er hat uns errettet vor unsern Feinden
und aus der Hand aller, die uns hassen;

er hat das Erbarmen mit den Vätern an uns vollendet
und an seinen heiligen Bund gedacht,
an den Eid, den er unserm Vater Abraham geschworen hat;

er hat uns geschenkt, dass wir, aus Feindeshand befreit,
ihm furchtlos dienen in Heiligkeit und Gerechtigkeit
vor seinem Angesicht all unsere Tage.

Und du, Kind, wirst Prophet des Höchsten heißen;
denn du wirst dem Herrn vorangehn
und ihm den Weg bereiten.

Du wirst sein Volk mit der Erfahrung des Heils beschenken
in der Vergebung der Sünden.

Durch die barmherzige Liebe unseres Gottes
wird uns besuchen das aufstrahlende Licht aus der Höhe,

um allen zu leuchten, die in Finsternis sitzen und im Schatten des
Todes,
und unsere Schritte zu lenken auf den Weg des Friedens.

Ehre sei dem Vater und dem Sohn
und dem Heiligen Geist.

Wie im Anfang, so auch jetzt und alle Zeit
und in Ewigkeit. Amen.

Text des Magnifikats:

Latein

Deutsch

Magnificat anima mea Dominum,
et exsultavit spiritus meus in Deo salvatore meo,
quia respexit humilitatem ancillae suae.
Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes,
quia fecit mihi magna, qui potens est,
et sanctum nomen eius,
et misericordia eius in progenies et progenies
timentibus eum.
Fecit potentiam in brachio suo,
dispersit superbos mente cordis sui;
deposuit potentes de sede
et exaltavit humiles;
esurientes implevit bonis
et divites dimisit inanes.
Suscepit Israel puerum suum,
recordatus misericordiae,
sicut locutus est ad patres nostros,
Abraham et semini eius in saecula.

Meine Seele preist die Größe des Herrn,
und mein Geist jubelt über Gott, meinen Retter.
Denn auf die Niedrigkeit seiner Magd hat er geschaut.
Siehe, von nun an preisen mich selig alle Geschlechter.
Denn der Mächtige hat Großes an mir getan,
und sein Name ist heilig.
Er erbarmt sich von Geschlecht zu Geschlecht
über alle, die ihn fürchten.
Er vollbringt mit seinem Arm machtvolle Taten:
Er zerstreut, die im Herzen voll Hochmut sind.
Er stürzt die Mächtigen vom Thron
und erhöht die Niedrigen.
Die Hungernden beschenkt er mit seinen Gaben
und lässt die Reichen leer ausgehen.
Er nimmt sich seines Knechtes Israel an
und denkt an sein Erbarmen,
das er unseren Vätern verheißen hat,
Abraham und seinen Nachkommen auf ewig.

Text des Salve Regina :

Latein

Deutsch

Salve, Regina,
mater misericordiae;
vita, dulcedo et spes nostra, salve.

Ad te clamamus, exsules filii Evae.
Ad te suspiramus,
gementes et flentes in hac lacrimarum valle.
Eia ergo, advocata nostra,
illos tuos misericordes oculos
ad nos converte.
Et Jesum, benedictum fructum ventris tui,
nobis post hoc exsiliium ostende.
O clemens, o pia, o dulcis Virgo Maria.

Sei begrüßt, o Königin,
Mutter der Barmherzigkeit,
unser Leben, unsre Wonne
und unsere Hoffnung, sei begrüßt!
Zu dir rufen wir verbannte Kinder Evas;
zu dir seufzen wir
trauernd und weinend in diesem Tal der Tränen.
Wohlan denn, unsre Fürsprecherin,
deine barmherzigen Augen
wende uns zu
und nach diesem Elend^[1] zeige uns Jesus,
die gebenedeite Frucht deines Leibes.
O gütige, o milde, o süße Jungfrau Maria.